UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiæ

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXIX. Fiscus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-80071

Visual Library

n. 112. & ſeq.] Oldrad. *conſil. 283. in princip.* quem refert Cardin. Tuſch. *d. concluſ. 378. num 1.* inducta enim ad unum finem, non debent illius oppoſitum operari, *l. legata inutiliter 14. ff. de adimend. leg.* Socinus *conſil. 38. col. 2. vol. 1.* Menoch. *conſil. 151. num. 30. & conſil. 170. num. 11. & conſil. 362. num. 34.* Octav. Glorit. *reſponſ. 1. part. 3. num. 39.*

IX.

A FINE res denominatur, *l. ex imperfecto 23. ff. de legat. 3. l. rem non novam 14. §. fin. C. de Judic. l. ſed & ſi quid 25. §. 1. ff. de uſufructu. §. omne autem jus. ult. Inſtit. de Jure naturali, Gentium & Civili, cap. fraternitatis 6. §. fin. de frigidis & maleſic.* Bart. Perett. *ad Extravag. Ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alien. pag. 93. num. 23. & 24.* Albanus *conſil. 52. n. 7.* Surdus *conſil. 164. n. 32.* Caſſanat. *conſil. 45. n. 107.* Giurba *ad conſvetud. Meſſan. p. 1. cap. 1. gloſſ. 4. n. 112. verſ. ut omnia.* [Finis enim deſignat, qualis res cenſenda ſit. textus *in cap. fraternitatis §. ult. de frigid. & maleſic.* ubi Barboſ. *n. 10. l. ſed & ſi quid 25. §. ult. de uſufr.* Gail. *lib. 2. obſerv. 52. n. 7.* Finis enim eſt nobilior omnibus, quæ ſunt ad finem. *l. 19. §. 13. de aur. & argent. leg.* Ariſtot. *lib 3. Top.*]

X.

FINIS intelligi debet, ut conveniat ſuo principio. Surdus *deciſ. 43. n. 15.* [Baldus *in l. quamvis C. de fideicomm.*] & ideò modus agendi, ſeu excipiendi inſpicitur, ut inde finis colligatur, gloſſa magna *in fin. in cap. hæc quippe 10. 3. quæſt. 6.* quam ſingularem atteſtatur Baldus *in l. Papinianus. col. penult. Cod. de ſent. & interlocut. & in l. nec quicquam. §. ubi decretum. de offic Proconſ.* quem referunt Felinus *in cap. 1. num. 17. verſ. ultima concluſio, de except.* Octav. Glorit. *reſp. 4. n. 13.* [Unde non datur finis, ubi principium non præceſſit, & non dicitur deſinere, quod nunquam cœpit, *l. 96. de condit. & demonſtr.*]

XI.

Ordinata ad finem boni, non debent malum operari. Gemin. *conſil. 126. num. 2. verſ. ordinata.* Cardinal. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 5. lit. O. concluſ. 181.* & inducta ad unum finem contrarium effectum operari non debent. *l. legata inutiliter 19. ff. de leg. 1.* Rot. *deciſ. 140. num. 4. in fin. p. 2. in poſthum.* Farin. aliàs *p. 4. recentior.* adde *ſupra lib. III. cap. 63. axioma ult.*

CAP. XXIX.

Fiſcus.

Axioma I.

Omnia jura, quæ loqvuntur de fiſco, habent etiam locum in privato: niſi in Lege dicatur eſſe ſpeciale in fiſco. *l. 1. C. de H. P. l. item veniunt 20. §. in privatorum 9. junct. gloſſ. ibid. in verb. publica. ff. eod.*

Limitationis loco nota dictam regulam tum demum veram eſſe, ſi ſtatim in una eademque L. cauſæ privatorum ſubjiciantur cauſis fiſcalibus. *d. l. 1. d. l. 20. §. 9.* Berlich. 1. *concl. 23. n. 7.* Item ſi diſpar ratio non appareat. *l. idem 12. de compenſat.* Weſemb. *in com. Cod. de uſur. num. 7. pag. 1589. in fin.* adde omnino C. A. *de jure fiſci, theſ. 20.*

II.

Boni principes ſemper privatis potius, quàm fiſco favent. *textus eſt in l. 2. C. Theodoſ. de Advoc. fiſci.* Exemplum eſt *in l. 2. & l. 6. C. de ſervo pign. dato.* ubi Imperatores non favent fiſco ſuo: & pupillis tamen favent. Pupillus enim & fiſcus habent tacitam hypothecam in bonis debitoris, & ob id debitor pupilli, ſi manumittat ſervum, nihil agit: ſi verò debitor fiſci manumittat ſervum non obligatum aut pignoratum fiſco ſpecialiter, valet manumiſſio. Cujac. *ad l. 10. de jur. fiſc.*

Limita: niſi cauſa non tam ad fiſcum Principis, quam ad totam Rempubl. pertineat, velut eſt cauſa primipili *l. 3. C. de primip.* contributionum & penſitationum publicarum. *l. 1. C. ſi propter pub.* unde Germani: Herren und Heiligen gehen über alles.

III.

Quod ſemel ſumſit fiſcus, nunquam reddit, Cujac. *in recit. C. de requir. reis. per l. 2. C. d. t. & l. 1. ad Leg. Jul. de ambit.* Unde eſt, quod licet facinoroſus à Principe reſtituatur, tamen regulariter bona non recipiat. *l. 9. 7. & paſſ. C. de ſent. paſſ. & reſt.* licet verbum reſtituendi latius pateat, *l. ult. §. fin. de V. S.* unde etiam eſt, quod *in l. 42. de cond. indebit.* dicitur, pœnæ non ſolent repeti, cùm depenſæ ſunt.

IV.

Fiſcus eſt ſucceſſor omnium improborum & indignorum. Sich. *Conſ. Teſt. 6. n. 47.* item ex inceſtuoſo coitu natorum. Mynſ. *Cent. 3. Obſ. 91.* Bonorum vacantium. *L. un. Cod. de bon. vacant. l. fin. C. de pet. bon. ſubl.* Beſold. *theſ. pract. verb.* Erbloſe Güter, vid. ſupr. rubr. BONA VACANTIA. non autem ſuccedit peregrino in peregrinatione decedenti. *auth. omnes peregrini C. commun. de ſucceſſ.* ſecus in Galliâ. Speidel. *in notabil. verb. Albinagium.*

V.

Fiſcus habetur loco heredis etiam quoad onera, hinc tenetur ſatisfacere creditoribus delinquentis *L. 1. C. pœn. fiſc. credit. præf.* & ejus filiam dotare. Bald. *in l. fin. C. de dot. prom.* atque uxori dotem reddere. Roland. à Valle *conſil. 31. num. 33.*

CAP.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN